



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103106

N.V. Der Spanischen Gesandten Antwort-Schreiben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51672)

1646. Urbs Imperialis Justitiæ sit domicilium, cum omnes ad unum, qui illic iustitia deferviunt, totius Imperii sint Ministri; Imperii Status una operam impendere æquum est, ne Justitiæ Sacra bellorum miseriis prostituantur. Quocirca non possumus non confidere, Catholicum Regem militem suum ita libenter cohibiturum, ne Spira Nemetum quicquam inde detrimenti accipiat, neve finitima loca irruptionibus reddantur infesta. Excellentias igitur Vestras magnopere rogamus, ut Spirensis libertatis velint satagere, ac adeo coniti, ne habeat Spira Nemetum, quod sibi ab Hispano milite metuat.

Osnabr. 23. Jan.
An. 1646.

Excellentiarum Vestrarum

observantissimi,

Evangelicorum Principum &
Statuum Imperii Legati.

Ad Legatos Hispanos.

N. V.

Diæt. Osnabr. 25. Febr.
Anno 1646.

Der Spanischen Gesandten Antwort, wegen des Cammergerichts Sicherheit.

N. V. Illustrissimorum & Celsissimorum S. R. I. Principum & Ordinum, Augustanæ Confessionis, Illustres Nobiles & Magnifici Domini Legati.

N. V.
Der Spani-
schen Gesand-
ten Antwort
schreiben.

Satis omnibus notum est, liberationem Civitatis Spirensis non minus a Rege Hispaniarum, Clementissimo Domino nostro, desiderari debere, quam ab aliis Sacri Romani Imperii Principibus, cum in ea Assessorum collocandi ius habeat, aliisque fruatur privilegiis ac autoritatibus, quæ circa Spirensis Cameram versantur. Et ideo ante quam hostilia Regis Christianissimi arma hanc Imperialis Justitiæ sedem invasisent & occupassent, nunquam illa de Hispanicorum Præsidiorum vicinia conquesta est; quin ab eis omne auxilii & amicitiae genus experta, qualiter rursus experiretur, si, ut suis gratisimis ad Nos literis, Osnabrugæ die nono Februarii datis, hujus anni 1646. Illustres Nobiles, ac Magnificæ Dominationes vestræ spem faciunt, a prædicta Civitate Spirensi Gallicus miles, sit decessurus, nulla ex parte nostra officia intermissuri, quibus publica quies in Germania undequaque restituatur, ad quam semper non votis solum sed omnibus conatibus adspiravimus; scribemusque ad Excellentissimum Dominum Marchionem a Castel Rodrigo, a quo Præsidia Palatinatus Inferioris dependent, ut omnem operam adhibere velit, ne quantulacunque tam amicæ nobisque conjunctæ Civitati conquerendi ansa præbeatur, & in quavis alia occasione sincere contestabimur, quam ex animo sumus

Monast. Westphal. 28.
Febr. Anno 1646.

Illustrium Nobilium Magnificarum Dominationum
Vestrarum,

officiosissimi

Legati cum plena potestate Regis
Hispaniæ.

§. III.